





# PONTIFICALIS

## PARS PRIMA



### DE CONFIRMANDIS.

**P**ONTIFEX  
infantes,  
pueros, vel  
alios sacri  
baptisma-  
tis unda  
perfusos, confirmare volens,  
paratus supra rochetum, vel, si  
sit religiosus, supra superpel-  
liceum, amictu, stola, plu-  
uiali albi coloris, & mitra, ac-  
cedit ad faldistorium ante

medium altaris, aut in alio  
conuenienti loco sibi para-  
tum; & in eo sedens, ren-  
bus altari, & facie populo  
versis, baculum pastorem in  
sinistra tenens, populum co-  
ram se stantē admonet, quod  
nullus alius, nisi solus Episco-  
pus, Confirmationis ordina-  
rius minister est.

Nullus confirmatus debet  
reconfirmari.

Nullus, qui non sit confir-

A

matus,





DE ORDINIBVS  
CONFERENDIS.

**Q**Vando Episcopus ordinationē facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Episcopus autem Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Ecclesiasticis functionibus exerci-

tatis, sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet.

Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimū quintum ætatis suæ annum promoveatur. Sciant tamē Episcopi non singulos, in ea ætate cōstitutos, debere ad hos Ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita sene-



**R O M A E**

Apud Iacobum Lunam. Impensis Leonardi Parasoli,  
& Sociorum. **M D X C V.**



---

**EX AVCTORITATE SUPERIORVM.**